

Josue: *Et factum est post mortem &c. tam nomine quam re significat Josue Christum. Nominem quia saluator interpretatur. Requia populum in terram promissionis introduxit &c. Liber Judicum: Post mortem iosue &c. Liber iste dicitur hebraice softim latine iudicum &c. Ruth vero habet Proemolum, sed a Tanneriano diversum; nam inquit: Nota, sicut brevis manibus apis et ex ea magnus extrahitur fructus, ita hic liber est modicus sed magna ponderositate refertus &c. Videant, quibus plurium Exemplarium inter se conferendorum est copia. Quidquid ceterum Scriptores quidam de hoc Viro ferant, ego persuadere mihi nunquam potui, Hominem insignibus vitiis laborare, qui totam vitam sacris literis excolendis et piis lucubrationibus impenderit.*

III. fol. 293. redit Hugo postillator super Judicum libro, ut T. I. supracit.

CXXX.

U. 28 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 388. f. per duas columnas probe scriptus et rubricis illustratus olim M. Thomae Wolfel de Wuldersdorf 1478. legato continet Nicolai de Lira Postillas in IV. Regum, Paralipomena, Orationem Manassis, XII. Prophetas minores adhaerente Baruch, III. Esdrae, Tobiam, Judith, Esther, II. Machabaeorum. Fol. 133. post Libros Regum in ora infima: Ego Sigismundus Puchberger finivi 1455. barnabe. Idem

Librarius fol. 154. L. I. Paralip. c. 23. linea 1. *νευτρολογεαφια* suam nobis propinavit verba: *Igitur David &c. characteribus exoticis repraesentando. Fol. item 341. p. 2. Antiochi M. Genealogiam tabellarem inferuit.*

CXXXI.

U. 25 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 404. per duas columnas bene descriptus et rubricis enotatus, Donum Thomae de Wuldersdorf, ut antecedens, completitur ejusdem Lirani Postillas in Job, Isaiam, Jeremiam, Ezechielem et Danielelem. Initium: *Patientiam habe in me, et omnia reddam tibi. Math. 8. Quamuis uerbum propositum sit &c.*

CXXXII.

U. 122 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. 286. 4. currente calamo perscriptus ad calcem haec refert: *Istum librum legavit Magister Rùgerus Dole felicitis recordationis collegio Ducis qui viam uniuerse carnis ingressus est Anno &c. Quadringentesimo Nono vicesimo sexto die Mensis Nouembris, cuius anima requiescat in pace. Amen. Precessit. Nos sequimur. Vir hic patria Ruraemundanus, popularibus suis ignotus, inter primos Academiae nostrae alumnos jam a. 1390. Philosophiae Decanatu functus a. 1407. fasces Rector gessit, simul D. Stephani Canonicus, et Plebanus, ut habent Catalogi, in Schrefling, fortasse re-*
ctius

ctius in *Schersting Austr.* super. Praefens ejus Opus praeclari in *Job Commentarii Pars I.* est definens in *Cap. XX.* Exponitur prae-
vie uterque etiam *Hieronimi Prologus: Cogor per singulos &c.* et: *Si aut fiscellam &c.* Initium ipsius *Jobi* est: *Vir erat in terra bus nomine Job. Sicut visum in preterita lectione de causis 4^o. scilicet materiali formali &c.*

CXXXIII.

U. 121 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. 193. 4. praecedenti per omnia geminus est memorati *Commentarii Pars II.* a *Cap.* nempe *XXI.* ad *Jobi* finem pertinens. Init: *Respondens autem Job dixit. Audite queso sermones meos &c. Terminatis verbis Sopbar, et per consequens obiectionibus &c.* Nota Possessoris, ut supra, et ad caput, et ad calcem adscripta est. Sed ad calcem haec praecedunt: *Et sic est finis huius operis. Deo gratias. Anno domini M^o CCC^o 97. sexta die mensis septemb.*

CXXXIV.

R. 37 * Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. nunc 72. f. per duas columnas, non una manu, sed nitide exaratus, et rubricis distinctus, annoque 1721. Bibliothecae Palat. oblatus a F. *Thoma Maria Alfano O. P.* qui titulo Theologi et Praedicatoris *Caroli VI. Imp.* Librisque variis editis celebris, teste *J. M. Mazzuchellio* in *Scritt. d'Italia T. I. P. 1. p. 471.* diem

clausit *Neapoli* a. 1742. completur: *I. M. Aur. Cassiodori Senatoris Scriptoris Sec. VI. Expositionis in Psalterium ex Augustino* potissimum congestae tantum, quantum mox edisseram. Praemittit haec Librarius: *Diuerfas notas more maiorum certis locis estimauimus affigendas. has cum explanationibus suis subter adiunximus. ut quicquid lector uoluerit inquirere. per similitudines earum sine aliqua difficultate debeat inuenire.* Pinxit itaque XIII. diuerfas minio Notas, addito ad quamvis titulo, quem subjungo: *Hoc in idiomatis. id est. propriis locutionibus. legis diuinae. Hoc in dogmatibus ualde necessarijs. Hoc in definitionibus. Hoc in schematibus. Hoc in etemologicis. Hoc in interpretatione nominum. Hoc in arte rethorica. Hoc in topicis. Hoc in syllogismis. Hoc in arimethica. Hoc in geometrica. Hoc in musica. Hoc in astronomia.* Notae hae, ut videtur, omnia *Cassiodori Opera* respicere debebant, sed in nostro Codice jam ad v. 3. *Psalmi I.* in his verbis: *Bene ut arbitror ligno fructifero comparatus est dominus christus,* abrumpuntur: Praefatio hoc rubro est: *In christi nomine incipit praefatio expositionum in psalterium.* Initium: *Repulsis aliquando in rauennati urbe sollicitudinibus &c.* Lectio ipsa cum edit. *Garetii Rotomag. 1679. T. II. p. 1. f.* optime concordat.

II. fol. 9. sequitur alia manu: *Disceptatio synodalis inter Regis aduocatum et romane ecclesie defensorem. Πεγογυμνασμα est Petri Damiani*